

De symbolo

est. **L**uc^{as} dñi faciūss et mortu^m reuixit. et mulieri assidetisibⁱ dixit. **C**ito voca sa-
cerdotē. Hacerdos adest et corā oībⁱ cō-
fite^r dicēs. **E**go fui raptus ad tribunal
xpi. et cū in tribu maxime accusarer a de/
monibⁱ. et ferri debueret sūlā p^{ro} me: p^{ro}ssi/
ma mī rogauit filiū sūlū ut ad corpus re/
direz locum penitētie suscepturnus q^{uo}d et
factum est. **N**ū de peccatis erat q^{uo}d de/
cimas ex agris meis et bonis nō cōplete
dedi. **H**ecūdū q^{uo}d pisces cu^rz sociis meis
de religiosoz piscina cepi et comedi. **T**er-
cum q^{uo}d segetes pauperū cū canibⁱ ve/
natic^m culcaui. **A**d hoc rusticū ab eo dā
num passi dixerūt. **C**ur debuist^m dñe p^{ro}
his dānari: cū vobis hoc puro corde di-
miserimus. **A**cilla vestra remissio nū sus/
ficit mihi ad salutē. q^{uo}d ditor era^r ad sol/
uendū q^{uo}d vos ad relaxandū. hec dicēs:
iussit damina restitu^r. et sic deceſſit. **S**
Exemplū alind de beata virgine fu-
it quidā vir nobilis: h^{ab} tyrannus totus
erga suos et alienos vt oēs vindictaz pe/
terēt a deo de eo. et hūc p^{ro}tigat infirmari
ad mortē. **Q**ui aduocans ep̄m loci illi
us pure cōfessus est. a quo perciuit: vt su/
bi sanit^m. itē apud deum impetraret. **Q**ui
ep̄us (q^{uo}d b^{on}us erat) obtinuit sibi san/
ctam: p^{ro}stata tamē prius fide: q^{uo}d ceteo
neminc lediceret. **Q**uo qualescēte ampli
us indifferenter oēs lesit. ita vt nō soluz
ei: h^{ab} etiā ep̄o oēs maledicerēt. **D**ost hoc
iterū infirmatus est et oppressus ignes fa/
cro sicut prius adeovt oia eius membra
arderēt. et de vita desperaret. **V**ocauit
igitur ep̄m p^{ro}mittens satisfactionē de fi/
denō seruata: vt itē sanus fieret. q^{uo}d ren/
nuit recedens cū indignatiōe. **I**ppropi
quante autem morte clamauit: et beatā
virginem inuocauit. **E**t respic̄ies in celū
vidit in aere p^{en}dentem filiū dei oīpo/
tentis in cruce. et matrem suam sibi asta/
tem et orantem p^{ro} se: **A**it iesus ait. **D**at
non possum facere. **E**cce em rursuz cri/
cifit me. et ostendit ei cicatrices sangu/
neas. **Q**uo dīcēs peccator: i genuit ex

clamās voce magna. **O** bone iesu si te
crucifixi peccatis meis: matrē tamen tu
am semp honorau. seiunauerat em om/
nisabbato ad honorē beate vrgis. **L**ū
q^{uo}d sic clamaret audiuit vocē iesu dicēs
mī oranti **E**cce mater dēdi eū tibi. et sa/
nat^m est. **Q**ui postmodū ablata restituit
et vitā emēdauit et laudabili fine queit

Incipit exposicō

super symbolum apostolorum. **A**
Onus qui viuit et credidit
me nō morietur in eternū.
Job. xi. **S**cindū q^{uo}d fides
frequenter est p^{ro}dicanda fide
liby. et ab eis diligēter custo/
dienda. q^{uo}d est fundamētū oīs boni. **V**nū
apl̄s. **F**undamentū aliud nemo p^{ot} po/
nere p^{er} illud q^{uo}d positū est. q^{uo}d est iesus
xps. i. fides xpi. **A**ug^{ust}. **F**ides est bono
riū fundamentū. fides est humane salu/
tis initū. sine hac nemo ad filiorū dei
numerū p^{ot}est puenire. **H**ebreorū. xi.
Impossibile est sine fide deo placē. **E**go
vt deo placere possimus debem^m ha/
bere fidem rectam. integrā. et firmaz. q^{uo}d
fm apl̄m ad **H**ebreos. x. **J**ustus exi/
de viuit. **V**nū etiā **C**hrōst. in tractatu
de symbolo. **F**ides religionis catholice
lumē est anime. oīltium vite. fundamen/
tum salutis eterne. **N**os igitur de fide ce/
clesie sumus locuturi. **L**unc sciendum
q^{uo}d in symbolo apostolorū duodecim s^{unt}
articuli s^{unt} numerū apl̄oꝝ a quibus co/
positum est. **N**am duodecim apl̄oꝝ gregati
descripserūt duodecim articulos si/
dei in p^{ri}mo cōsilio. de quo habet actuū
xv. **L**uius p^{ri}ma diffinitio fuit data p^{er}
beatū Petru. sed beatus paulus non
habetur ibi qui tūc adhuc nō fuit elect^m
in apostolū. **E**t p^{ri}mus articulus p^{ri}me
ad patrem. et alijs sex ad filiū. et quin^{que} vi
tūni ad spiritū sanctū. **P**ro quo nota dī
q^{uo}d nullus hominū dubitare debet. **E**st
quilibet christianus tenetur credere tri-

nitatē psonarum. vnitatem cētie dī
uine. Nec tamen curiose pscrutanda est
beata trinitas. sed simpliciter credenda
Bernardus. Scrutari hāc temeritas
ē. credere pietas. nosse vita eterna. **B**
Hec autē beata trinitas multiplicr pro
batur. Primo p sacram scripturā. **E**n
dī Gen. i. Faciamus hominē ad hī
maginem et similitudinem nostram. hoc
est verbum patris ad filium et spiritum
sanctum. Faciamus em̄ signat plurali
tatem psonaz. himaginē in singulari sig
nat vnitatem cētie. Item pbatur per
auctoritatem angelicam. Unde Isaie
vi. dī. Sanctus sanctus dñs de
us sabaoth. id est deus exercitū. plena
est om̄is terra gloria ei⁹. Hic em̄ canūt
angeli in celo. dicūt em̄ ter sanctus sc̄is
sc̄is: ad designādum trinitatem psona
rum. postmodū dñs deus. ad designā
dum vnitatem cētie. Item pbatur p
apl̄m. i. Joh. v. Tres sunt q̄ testimonī
um dant in celo. pater. verbum. et sp̄us
sc̄is. et hi tres vnum sunt. Christus in
euāgelio dicit. vt habeat D̄ath. vltio.
Baptisantes vos in noīe patns et filiū.
et sp̄ssanceti. Item cognoscit in creatu
ris. nō tamē plene cognosci potest in ali
qua creatura. Primo cognoscitur in so
le. **V**n Aug⁹. dicit. Tria sunt in sole.
sq̄ qđ est. i. substantia. qđ lucet. i. splen
dor. qđ calor. Et calor pcedit a
sole et a splendore. sic est de trinitate. q̄a
sp̄ssancetus procedit a patre et filio. Itē
in aqua. verbi gratia. Fons est p se. ri
uulus fluit a fonte. stagnum generatur
ab vitroq. Item si speculuz ponitur in
aquā claram ptra solem: tūc tres soles
apparet. vnu in celo. et duo in radio.
Hic inspiciendo sacram scripturam in
uenimus trinitatem psonarum. et vni
tam cētie. Item magnitudo creatura
rum et pulchritudo et utilitas creatura
rum ad trinitatem pertinet: in magnitudi
ne denotat dei patris potentia. in pul
chritudine dei filii sapientia. in utilitate

sp̄ssanceti bonitas. Queritur circa p̄di
cta. quare omnipotētia plus appropria
tur patri qđ filio vel sp̄ssanceto. cum ta
mē sit vnu om̄ipotens. Unde Anasta
sius. Om̄ipotens pater. om̄ipotens fi
lius. om̄ipotēs sp̄ssancetus. et tamē nō
tres om̄ipotētes. h̄ vnu om̄ipotens.
R̄ndeō fīm Aug⁹. de tri. Vn in creatu
ris solet notari defectus potentie. in pa
tre ppter antiquitatem. In filio solet no
tari ignorantia ppter iuuentutem et in
experientiam. Et nomē sp̄ssanceti sonz
resolet vehementiam. **V**n Isa. ii. Huic
scite ab homine cuius sp̄us in naribus
eius. Et ne puteſ similiter esse in diuinis
sicut in creaturis. Patri nō solū attribui
tur potētia sed om̄ipotētia. ne videatur
senior. Et ob hoc dī in symbolo. credo
in deum patrem om̄ipotētem. Et filio ac
tribuitur nō solū sapientia. sed etiā om̄is
sapientia et sciētia. ne videat̄ minor et mi
nus sciēs aut minus exptus. Sp̄ssanc
eto attribuit̄ bonitas: ne puteſ crudelis
aut vehementis. **V**n ps. Sp̄us tuus bo
nus deducet me in terrā rectam. Eccī
xxiiii. Sp̄us meus sup mel dulcis
De primo articulo fidei. **L**
Qredo in deum patrem om̄ipo
tētem creatorē celi et terre. Istū
primum articulum ponit beat⁹
Petrus apostolus. in quo cōtinētūr dī
stincte tres credite veritates. Quarum
p̄ima est de diuina vnitate cū dī. Credo
in deū in singulari et nō in plurali. Se
cūda de diuina oīpotentia cum dī. pa
trem om̄ipotentem. Tertia de mundi
creatōe cum dicit: creatorē celi et terre.
Credo in deum. Circa quod notandū
q̄ est différētia inter credere in deo. et cre
dere deum. et credere in deum. Scđm
magistrum sentētarum li. iii. dist. xxiiij.
qui dicit. Credere deo est credere vera
esse q̄ loquitur deus. quod etiam mali
faciunt. et nos credimus homini. sed nō
in homie. Credere deū est credere q̄ ip̄e
sit deus. qđ etiā multi faciūt. quia fīm

E Símbolo

Jacobii. Demones credunt et tremunt
Credere in deum est credendo deum amare
et per affectum. et credendo in eum ire. scilicet per
bonum opus. et credendo ei adhaerere quam
cum ad tolerantiam mali. et credendo Christi
membris incorporari quantum ad dilectionem
primi. **P**atrez omnipotenter: hoc est val-
de dulce verbum homini fideli. **M**agna
enim spes datur homini in Christo illo. Pa-
tri enim nunc potest deesse bona voluntas
ad filios: precipue cum ipse fuit apostolus
est pater misericordiarum. Et fuit dic-
tum Esiae. xlix. **D**ivinus obliuiscit filio-
rum suorum quia mater carnalis. **S**ic enim ait
Anquid potest mater obliuisci infantem
suum ut non miscreatur filio veteri sui. **E**t
si ipsa obliterata fuerit ego tamen non obliu-
iscar tui: in manibus meis descripsi te. **C**um
autem opferes sit non potest ei deesse potestas
non implendo bonam voluntatem quam
habet ad filios. **C**ontra hoc verbum videtur
peccare qui derelinquit deum per ins-
tistarum rerum acquisitionem. et adhaerent
diabolo non restituendo res iniustas: cre-
dentes se fame mori si deo perfidenter ser-
uirent. **V**ident enim credere quod diabolus
melioris voluntatis vel potestatis sit ad
pudendum eis qui sibi servunt quia deus.
Quomodo ergo et cum quali fiducia dicit
tales in symbolo. **C**redo in deum pa-
trum omnipoitem creatorum celi et terre.
id est fuit Augustinus. creatorum omnium rerum
visibilium et invisibilium. **D**icitur sciens
dum circa hoc. quod deus creauit triplices
naturam. scilicet pure spiritualem ut angelos. pu-
re corporalem ut elementa. celum. terram. la-
pides. ligna. et sic de aliis. **E**t creatura
primum spiritualem et partim corporalem. ut
hominem: cuius anima est creatura spiritualis.
corpus vero est creatura corporalis. **N**ota
dicitur inter creare et facere. **C**reare
est ex nihilo aliquid facere. et hoc est im-
possibile fuit Augustinus. qui dicit primo de ge-
neratione et corruptione. Ex nihilo nihil fit.
Et propterea Augustinus. viii. phisicorum di-
cit mundum ab eterno fuisse. sed a deo
creatorem. **G**enui Benito. In principio crea-
uit deus celum et terram. **S**ed facere est
ex aliquo aliquid facere. Et creare solus
pertinet ad deum. **O**ntra hunc articu-
lum sunt manichei. qui dicunt visibilia esse
creata a principe tenebrarum. invisibilia ve-
ro a deo. **Q**ue heresis est odilis deo rho-
minibus: Deo. quia talis heresis deos u-
num dominum diminuit: divisibilis eius
dominio subtrahit. **H**oibus. quod contu-
meliat eis facit dum eos ex parte ex qua
visibles sunt diabolo attribuit. immo
talis heresis de honestat omnes visibiles
creaturas dum eas dicit a diabolo esse
creatas. **E**st enim consideratio illius
articuli homo dirigitur ad tria. pri-
mo ad gratiarum actiones. quia ex quo deus
est creator omnium creaturarum: secundum
est quicquid sumus vel habemus a deo ha-
bemus. **i.** Chorinthi. iiiij. Quid habes
quod non accepisti. **p**s. Dominus est terra
et plenitudo eius. **S**ed ex quo omnia a
deo habemus: tunc merito tenemus et gra-
tiarum actiones redderet referre. **p**s. Quid
retribuam domino per omnibus que re-
tribuit mihi. **C**hristus. in sermone quo-
dam. Liberalissimus est deus. Quan-
ta tibi largitus est ad sustentationem: quan-
ta ad eruditorem. quanta ad correctorem.
quanta etiam ad delectatorem. **E**t hec
omnia gratis dedit. **S**ecundo induci-
mur ad bene vivendum rebus creatis. **N**on
creaturis debemus vivi ad hoc ad quod cre-
are sunt. **S**unt autem create ad duo.
Primo ad gloriam dei. Propterbius. **i.**
Universa propter seipsum. **i.** ad gloriam suam
operatus est deus. Secundo crea-
te sunt ad utilitatem hominis. **H**abemus
ergo vivi creaturis ad honorem dei et
utilitatem propria. **S**ed heu plures sunt
qui non regratiant deo de creaturis suis. **i.**
mo sepibus abutuntur donis dei. Und
Augustinus. de ciuitate dei. Quisquis beneficia
dei non vider cecus est. ne claudat iga-
rus est. quisque in laudando reluetatur
insanus est. **S**cinditur etiam quod illimul-

tum setimere dñt q̄ malevtunf creaturz
z donis dei. qz de his districtā redditu
ri sūt rōem. Vn Libro. sup Mat. In
die illo nihil ē. qd rūdeam⁹: vbi celū et
tra z aq̄ sol et luna dies z noctes z mū/
dus tot⁹ stabit aduersus nos in testimo/
niū peccatorz nostroz. Et si omnia race/
rent: tamc̄ ipē cogitationes nostre ip̄a
opa specialit̄ stabūt an oculos n̄os ac
cusantes nos an dñm. Dicēte ap̄lo. Lo/
gitationib⁹ inuicē accusantium. Tertio
inducimur ex isto articulo ad cognitō eū
humane dignitatis: qz deus oēs creatu/
ras creauit ppter hōiez z subiecit eas hō/
mini. Gen. i. Dominamini p̄scib⁹ mar⁹
ps. Qia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Est
q̄ hō tāte dignitatis q̄ debet p̄esse om/
nib⁹ creaturis z subesse deo.

Eccl̄o articulo.
In iesum ch̄m filium ei⁹ vni
cum dñm n̄m. Iustum secundū
articulū descripsit Jōhes apl̄s
etī euāgelista. Qui post dictū bti De/
tri apl̄i adiunxit. z in ihm xp̄m. z̄c. Et
quidē cōuenienter illi⁹ articuli desc̄ptio
fuit sibi data: cui maiestas verbi in cena
fuit reuelata. vt p̄sonam filij explicaēt in
secūdo articulo fidei xp̄iane. Qui postea
dixit in euā. qd̄ script̄. In principio ēat
verbū. z verbū z̄c. Et notandū q̄ b̄tūs
Iohannes in illo articulo primo dicit ie/
sum qui interpt̄ saluator. q̄ h̄ designa/
tur q̄ ipē est q̄ vult oēs homies saluari.
Eccl̄o dicit xp̄m. per hoc designat q̄ n̄
solū est saluator. Etiam magister. quia
ch̄is int̄preta vñctus. z vñctio docet d̄
omnib⁹. **P**ro quo sciēdū q̄ ma/
gister noster christus doc̄z nos p̄mo hu/
militate contra superbiā dicēs Mat
xi. Discite a me: qz mitis sum z humilis
cor de Aug⁹. de verbis dñi. sermone. xi.
Discite a me inquit dñs nō mūdū crea/
renō visibilia z inuisibilia cūcta creare:
nō in isto mūndo mirabilia facere v̄l mor/
tuos suscitare. sed q̄ mitis suz z hūlis
corde. Secundo docet nos dilectionem

inimicorum contra inuidiam. **M**atth.
5. Diligite inimicos vestros: benefacite
his quivos oderunt z orate pro psequē/
tibus z calumniātibus vos: vt sitis fi/
lii patris vestri qui in celis est. Tertio
docet nos orare z intenta oratione oraē
z hoc est contra somnolentiam. **M**atth.
xxvi. Vigilate z orate. ne intritus ī tem/
ptatōez. Aug⁹. Oratio tua locutio est
ad deum. Quādo legis: deus tibi loq̄/
tur. quādo oras cum deo loqueris. **A**ug⁹. in fmone. Oratio orātis est subsidit
um: deo sacrificium. demonibus autē
flagellum. **Q**uarto docet temporalia
relinquere contra auariciam. Luce. i. 4.
Nisi quis renunciarerit omnibus que
possider: non potest meus esse discipul⁹.
Beda sup verba predicta. Discat ī quā
renunciare omnib⁹ z relinquere omnia
quia renunciare conuenit omnib⁹ q̄ ita
licite vñctū mundanis que possident. et
cum mente tendunt ad etīna. Relique/
re est cātūmodo p̄fectorum qui z omniq̄
tpalib⁹ postponunt. z solis etīnis īhiāt.
Quinto docet operari opa bona z me/
ritoria contra accidiā. Jobis. x. Op̄ea
mini dūm dies est. qui avenit nox q̄ndo
nemo operari potest. Berñ. de conside/
ratione. Si laboz te ter: et merces īuitet
Unusquisq; em fm suum p̄prium labo/
rem mercedem accipiet. Leo papa in q̄
dā fmone. Non dormītib⁹ regnum
celorum puenit: nec ocio nec desidia tor/
pentibus beatitudo et nitatis reprobmit
tū. Sexto docet tribulatōes z aduersi/
tates patienter sufferere. **M**atth. 5. Si
quis te p̄cussit in vñā z̄c. Item Luc
xpi. In patientiā vestra possidebitis ani/
mas vestras. Greg⁹ super euan. Cuū au/
dieritis p̄elia. Patientia ēst aliena ma/
la equanimit̄ perpeti. contra eū quoq;
qui mala irrogat nullo dolore moueri.
Septimo docet omnes peccatores pe/
nitentiam agere. Dicit **M**atth. Nisi pen/
tentiam egeritis. Augustin⁹ de verbis
domini sermonē. 4. Tempus quo nō

¶ De symbolo

penitemus vertitur nobis in iudicium tota em vita est temp penitendi. ¶ Se quitur filiu ei vnicū. Ubi debem⁹ cre dere q christ⁹ est vni genitus et verus fu lus dei. et q fuit cum patre eternalit. et q est alia persona a patre. et q est vni na ture et substati c p̄e. ¶ Sequit dñm nostrū. Ubi sciendū q libens de hemus eū habere p dño. Primo: q̄ ē no bilis. Lu.i. Altissimi fili p̄s. Dagn⁹ domini⁹ et laudabilis nimis. et magnitu dinis eius non est finis. Secundo. quia māsuetus: ergo agn⁹ nominat. Jobis p. vbi dicit. Joannes baptista Ecce ag nus dei. Esiae. 53. Tanc⁹ quis coram condēte se obmutescit. Tertio q̄ fortis ad p̄tendū et liberadū nos a malo p̄s. De⁹ p̄tector vite mee a quo trepidabo. Quarto: q̄ nos creauit. p̄s. Ip̄e fecit nos: et non ip̄i nos. In sup nos redemit p̄prio sanguine suo. Apls. Empti est p̄p cio magno. Quinto. q̄ larg⁹ est ad remu nerandum seruos suos. Aug⁹. libro. 22 de ciuitate dei. Ip̄e deus erit finis dei deriorū nostrorū q̄ sine fine videbis sine fastidio amabitur. sine fatigatio et lauda bis. Item Aug⁹. in eodē libro. Qd̄ ds p̄parauit diligib⁹ se: fide nō capi. spe non attingit. charitate nō comprehendit desideria r̄yota trāsgredit. acq̄ri p̄t esti mari non p̄t.

¶ Tercio articulo.

Qui c̄cept⁹ est de sp̄usctō natus ex maria virgine. Hūc articulum ponit Jacobus maior frat̄ Jo annis qui fuerunt filii zebedei. In q̄ ar ticulo ponit duas distinctas veritates: Primum de ch̄i c̄ceptō e: cum dicit. qui c̄ceptus est de sp̄usctō. Scđam de eius b̄ndicta nativitate: cū subdit. nat⁹ ex Maria virgine. Ubi sciendū ē q̄ n̄ so lum necessariū est christiano credere fili um dei: h̄ etiam necessarium est credere eius incarnatiōem per quā nobis vīsibili lis apparuit. Baruch. iii. Post hec t̄ris vīsus est. et cū hoībus cōversat⁹ est.

Hoc queris quō incarnationē xp̄isc̄ sit. Respondeſ q̄ postq̄ angel⁹ Gabr̄ el fuit missus ad virginem mariā. ut ha b̄et Luč.i. Et maria credit̄ et conſen sit: tūc sp̄usctō ſanguine virgīs ma rie. Velyt alij dicit̄ de purissim⁹ humo rbi eius corpus christi. et in eodē instāti in q̄ formatū est corpus creata ē et onū ma ex nihilo. et in eodem instanti cōlun ca ē corpori organizato. Et illa duo cor pus et aīa ſimil mox fuerunt deitatiōna ta in deifili p̄sona. Itē ſciendū fīm Hen ricū de firmari et tota trinitas illam in carnationē operata est. q̄ oīa trinitans ad extra ſunt indiuisa. Nam ibi ſuit po tētia patris: q̄ ſtatim corpus formauit et aīam creauit. et illa duo diuinitat yni uit in illo momento cum dixit. Ecce an cilla dñi. hoc non potuit facere potētia alicuius creature. q̄ oīs creatura in ſua operatōne requirit tempus ſicut firmit̄ mentū requirit diem ut moueatur ab oriente in occidentem: luna ad cōplemen tum ſuī cursus requirit mensem. ſol in ecl̄um annū. homo in determinatōrem poreformatur in utero matris. In con ceptione aut̄ christi opata est potētia pa tris. q̄ in instanti conceptio cōplēta fu it. Itē opata est ibi ſapientia filii. quia ibi corpus ſuī optime diſpoſuit et omnia membra decenter ornauit. p̄s. Specio ſus forma p̄ filiis hominū. Itē opata ē gratia sp̄usctō qui cōceptuē illam mūdam ab omni peccato reddidit. Qd̄ nō est factuz in aliquo puro hoī. Licet eīm aliqui nati ſūt ſine peccator ſanctifi cati in utero matris. Sicut beata virgo maria Joānes baptista. hieremias. nū nem ſeminalē d̄eſcenderūt ab Adam. Christus autem nō ſolū natus h̄ etiam cōceptus fuit ſine peccato. Aug⁹. Solus redemptoris est ēē ſine peccato. Hoc Hen. d̄fir. ſug ſymbolū. ¶ Quis

q̄ceptio xp̄i poti⁹ attribuit sp̄uiscto:
Respondeo fm Henri. d firma. q̄ int̄
 tio denoiait opationem. **C**hristus autē
 hac intentione carnē assumptis ut mise-
 ris et afflictis subueiret. **E**t q̄r bonitas
 et misericordia attribuitur sp̄uiscto: ideo d
 sp̄uiscto conceptus est. hec ille. **I**tē di-
 citur de sp̄uiscto cōceptus. ut q̄ hoc ex-
 cluant corporales admixtiones. **U**n̄ ca-
 nitur. Non ex virili semine. sed mystico
 spiramine: **I**tē sc̄idum q̄ q̄ui tota tri-
 nitas operata sit incarnationem: solus
 ramē filius est incarnatus. ut dic̄ beat⁹
 Aug⁹: i li. d fide ad petr⁹. **E**t br̄us aug⁹
 ponit tale exēplū. **S**i tres puelle teneret
 vñā tunicam: et illam vna ex illis induer-
 retur: tūc illa induitio fieret a trib⁹ puel-
 lis. vna illarū eaz sola indueretur. et ali-
 us doctor ponit tale exempluz. **S**i tres
 s̄z petr⁹. iohannes. andreas simul agēte
 rubricādo andreas: rubricatio andreefie-
 ret ab his trib⁹ simul: attamen solus an-
 dreas rubricaretur. **M** **S**equit⁹.
Nat⁹ ex Maria vgie. **V**irgo maria v/
 go cepit. virgo pepit. et post p̄tu⁹ virgo
 pmansit. **Q**uerit quare xp̄s nat⁹ sit de
 virgine. **R**espondeo fm Hen. d firma
 tia. **T**riplex est status humane nature
 s̄z p̄ugal. vidualis. virginalis. prim⁹
 bonus. secundus melior. terci⁹ optimus
 Quicqđ autē cōoptimū deo attribuitur.
 ideo cōueniens fuit ut de virgine nasce-
 retur. **E**t in hoc etiam ostendit christus
 excellentiam status virginitatis. Aug⁹
 Unius sancte virginis partus omnīū
 sanctorum virginū est decus. **S**ecundo
 fm alium doctore. **S**icut p̄ euam virgi-
 nem facta est perditio: sic ecōuerso p̄ ma-
 riā virginem debuit fieri reparatio.
 Un̄ canitur **P**aradisi porta per euam
 cōcis clausa est. et p̄ Mariā virginem
 itez patefacta est. igit. et c̄. **T**ertio vt vēi-
 tas p̄ h̄etie adimplereſ. Et ale. 7. **E**cce
 virgo concipiet et pariet filiū. **S**c̄idum
 etiā q̄ circa hūc articulū origenes erra-
 uit qui dixit: q̄ ch̄ist⁹ ad hoc natus est

et ad hoc venit. ut non soluz saluat et hos
 mines: sed etiā demones ī finemūdi. **H**
 autē est contra dictū christi. **D**ath. xxv
 Item a dictū in ignē eternū qui para-
 tus est diabolo et angelis eius. Ad remo-
 uendum hunc errorem patres sancti ad
 diderūt in symbolo qđ canit in missa.
Qui pp̄ nos hoīes et pp̄ n̄ram salutē
 et non pp̄ demones.

De quarto articulo.
Allus sub pontio pylato: crucis
 fixus mortuus et sepultus. **I**stū
 articulū fm Henricū de firma.
 posuit beatus andreas. **Q**ui quidē arti-
 culus necessarius est ad salutē. **N**ā sicut
 debemus credere incarnationem filij:
 ita necessariū est credere passionē et mor-
 tem eius. **O**r fm Gregorii. Nihil nob̄
 nasci pfuit: nisi redemi. pfuisseſ. In q̄ q̄/
 dem articulo beatus andreas describit
 q̄tuor creditas v̄tates. **P**rima est d̄ xp̄i
 passione. p̄t̄ christus ante q̄ fuit crucis
 fixus passus est. sc̄z flagellatus. illusus.
 cōsputus. alapis cesus. velatus facie co-
 laphizatus. et spinis coronat⁹. **E**t hoc
 notaſ cū dicitur. passus sub pontio py-
 lato. **S**ed a est de christi crucifixione.
Tercia de christi morte. **Q**uarta de se-
 pultura. **E**t quidē ille veritates sunt
 distincte. **P**robaſ. q̄ hora matutinalis fü-
 geſ passus vſq; ad t̄ciam. et hora sexta cru-
 cifixus. et hora nona mortu⁹. et hora ve-
 spertina sepult⁹. **T**ē aduertendū cir-
 ca passionem christi. **P**rimo quis patif
Respondeo dei filius summe bon⁹. **S**e-
 cundo quid et qualia patif. **R**espōdeo
 patitur in rebus exteriorib⁹ spoliatiōem
 quia nudus p̄ependit nec haustū aque
 habuit. In corpore amarissimam affli-
 ctionem. **Q**uia a planta pedis vſq; ad
 verticē nō fuit in eo sanitas. In aia mai-
 ximam tristiciam. **U**nde dixit. **T**ristis
 est anima mea vſq; ad mortem. **T**ertio
 a quib⁹ patif. **R**espondeo a p̄ncipibus
 sacerdotum et ministris et popularibus
 et iudeis et gentilib⁹. ps. **Q**uare freſ

De simbolo

muerunt gētes: et populi meditari sunt
inania. **I**stiterūt. et **Q**uarto quare pati.
Rūdeo ppter peccata nostra et salutem nostrā. **E**sa. 53. **P**rop̄ zel⁹ populi
mei percussi eū. **Q**uito quid coegit eū?
Respōdeo maxima charitas. **A**po. 1.
Dilexit nos et lauit nos a peccatis nřis in
sanguine suo. **R**omañ. 5. **C**ominēdat
deus suam charitatem in nob̄. qm̄ cum
inimici essemus xp̄s p nobis passus ē:
et mortuus iustus pro iniustis. **P**assus
sub pontio pilato. **N**orandū q̄ christ⁹
passus est sub uno pilato: nuncautez in
membris suis patitur a multis pilatis:
Dat. 25. **Q**uod vni ex minimis meis fe-
cistis: mihi fecistis. **E**t ideo charissime:
si in iuriose pateris a iudice iniquo: noli
in murmurare. **S**ed memento dñm ih̄m
christum passum sub pontio pilato. **I**tē
si subditus es: et habes prelatum corru-
ptuz prementem te contra iusticiam: sis
patiens q̄ ip̄e est tuus pylat⁹. **S**i mu-
lier es: et habes virg furiosum te percutien-
tez: sis patiens: quia ip̄e est tuus pylat⁹.
Sis erius es: et habes dñm impium et
crudeleē molestantē. nō mireris. q̄ ip̄e
se est tu⁹ pylat⁹. et sic d̄ alij. **E**t oēs isti
p̄dicti debēt esse patientes. q̄ p̄ his tri-
bulationib⁹ habituri sūt magnū p̄mū i
celo. **D**ath. 5. **B**ti estis cū maledixe/
rint vob̄ hoīes et p̄secuti vos fuerint: et
dixerint om̄e malū aduersū vos: mētiē-
tes p̄p̄ me. **G**audete et exultate qm̄ mer-
ces vestra copiosa est in celis. **I**tē scien-
dū q̄ ponit⁹ est cognomē ab insula pō/
ti nominatū: h̄ pylat⁹ est p̄rū. et erat gē-
tilis et indign⁹ pane. q̄ fm̄ Aug⁹. **P**ec-
cator non est dignus pane quo vescit.
A quo malo hoīe xp̄s ad mortē senten-
tiat⁹ et iudicat⁹. **I**tē scīdū q̄ linceti⁹
in speculo historiali dicit q̄ pylat⁹ accu-
satus est in multis a vitellio preside sy-
rie. **E**t primo de morte omnīu innocentium
quos occiderat. et q̄ imagines gentilium
ponebat in templo. **I**tem q̄ pecuniā
am positam in carbonā redigebat in sus-

os yl̄sus: inde faciens aqueductū in do-
mum suam. **P**ro his missus est in exiliū
um et ibi in multas incidēs calamitates
se p̄p̄ta manu interemit.

De q̄nto articulo:
Descendit ad inferna. Itū quin-
tum articulū scribit beatus phi-
lippus ap̄l's. Circa quez articulū
pm̄ q̄ris: quo tempore vel qua ho-
ra christus ad inferna descendit: **R**espō-
deo fm̄ Ibo. q̄ statim qn̄ aīa ch̄i fuit
a corpore separata: tūc anima christi de-
statī ynita descendit ad limbum patrū:
et mansit ibi ab hora mortis christi que
fuit hora sexte ferie nona vsc̄ ad horaz
resurrectionis. et hoc fuit tempus q̄dā
ginta horarum. **Q**uia diluculo diei do-
minices surrexit. et i eadē hō resurrectōis
eduxit eos delymbo. **I**tem sciendum q̄
anima christi separata fuit a corpore. h̄
deitas mansit cum anima ad infernū
descendente. et etiā cum corpore in sepul-
chro iacente. **I**tem sciendum q̄ an ch̄i
sti passionem fuerūt quatuor receptacū
la animarum. **P**rimus locus fuit infer-
nus damnatorū quo est pena sensus et
pena damni. i. carentia visionis dei. **A**c-
etiam ibi sunt tenebre exteriores et iteri-
ores. i. carentia gratie: et carentia glorie.
Ad hunc locū christus non descendit,
nec ab illo aliquem liberauit. **R**ō q̄ p̄pi
passio nulli p̄dest: nisi sit eius membrū
vel fiat p̄ conuersionem. **H**ed illū in
inferno non fuerūt membra christi. nec po-
terant fieri: quia fuerūt extra statū merē-
di: q̄ nec in illo loco est redemptio: nec
pro eis est orādū. **U**nde beat⁹ Aug⁹.
Siscirem patrē meū in inferno: nō pl̄
orarē p̄ eo q̄ p̄diabolo. **S**ecundus loc⁹
est lymbus puerorum. id est illoꝝ infan-
tiū in peccato originali decedentium. q̄
lymbus est sup̄ infernū et ibi est pena da-
ni. i. carentia visionis diuine. et nō pena
sensus. i. sensibilis pena nō est ibi. **E**t si
ibi tenebre exteriores et interiores. i. ca-
rentia gratie et glorie. **A**d illū locū ch̄is

